

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amor bf  
cum fonte primo

Multum quidem uexat hominem  
cum relinquitur amor mundi,  
multo amplius tamen cruciat cum calcatur amor sui;  
uerum michi super omnia transfigit  
et penetrat cor hominis,  
et excoquit desiderium estibus amor Dei.  
Unde est illa uox:

Fulcite me floribus,  
stipate me malis quia amore langueo.

Beda super Cantica.

Multum quidem vexat hominem  
cum relinquitur amor mundi,  
multo amplius cruciat cum calcatur amor sui;  
verum tamen supra omnia transfigit,  
et penetrat cor hominis,  
et excoquit desiderii aestibus amor Dei.  
Unde est vox illa flebilis:  
*Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum;*  
*quando veniam et apparebo ante faciem Domini.*  
*Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte,*  
*dum dicitur mihi quotidie:*  
*Ubi est Deus tuus (Psal. XLI); et illud in Canticis:*  
*Fulcite me floribus,*  
*stipate me malis, quia amore langueo* (Cant. 2:5);  
et illud quod superius commemoravimus:  
*Ecce in pace amaritudo mea amarissima*  
(Isa. XXXVIII).

Ricardus de sancto Victore, *Mysticae adnotationes in Psalmos*, 28 (PL 196, col.304C-D).